

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
IN REGALI CANCELLARIA
VALLISOLETANA SENATORIS.
TRACTATUS
DE SUPPLICATIONE
AD SANCTISSIMUM A LITERIS
ET BULLIS APOSTOLICIS, IN PERNICIEM
Reipublicæ, Regni, aut Régis, aut juris tertii præjudicium impetratis:
ET DE EARUM RETENTIONE INTERIM IN SENATU.

Opus utriusque Reipublicæ, Ecclesiasticæ, & temporali utilissimum;

*Copiosa literarum perpoliticarum et oratione (cum ad Regimen, tum ad
Status rationem conducibilium) illustratum.*

EDITIO NOVISSIMA.



LUGDUNI,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LVIII.
CUM SUPERIORUM PERMISSU.



L I C E N T I A T I

D. BARTHOLOMÆI BUIAN
DE SOMOZA, S. S. R. C. ARAGONUM QUONDAM
Relatoris, ac etiam Sanctæ Cruciatæ, nunc verò in Supremo San-
ctæ & Generalis Inquisitionis Consilio idem exercentis munus, in
laudem

NOBILIS ET PERITISSIMI LICENTIATI

DON FRANCISCO SALGADO
DE SOMOZA JURIS UTRIUSQUE ACERRIMI
& præclarissimi Propugnatoris, dignissimique totius Siciliæ Regni Mo-
narchiæ Judicis.



OSTUPUERE quidem Phæbi, Salgado, sorores,

Mirantes genii prodigiōsa tui.

Ast ego) sed quis enim Mæsis mirantibus auxis

Hæc nisi non aptus? linquite, jactò, canam.

Vix ea protuleram, triplex cum causa repugnat

Quo minus officium persequar ipse meum.

Nempe solum patriæ nobis commune duobus,

Quin & amicitie fœdus utrumque ligat.

Adde quod eloquii vires, auctòrque, libèrque

Excuperat longè magnus uterque mei.

Hinc timor occurrit, patriam seu pectus amicam

Exprobret in primis ne invida turba mihi.

Terrificæ verum pulsabo cuspidis ietum.

Hi me nec robur livor habebit edax.

Namque tuis scriptis munimine sacra petenti

Protectum poterunt ledere tela nihil.

Sanam constituunt siquidem quæ pharmaca Bullam,

Hæc, Salgado, tuus continet usque liber.

Vidimus antiphrasim Bullæ sub nomine quondam,

Dum vaser impostor proferat iniqua petit.

Sedula sed fraudem remover tua cura dolosam,

Nec sinis injustis nomen adesse boni.

Iustitiæ, pariterque tui studiosa voluntas

Impulit ad numeros (quæ tibi fida) manum.

Hinc mihi polliceor veniam, tibi Nestoris ævum

Opto, ut perpetua Jus tuearis ope.



CLARISSIMO UTRIUSQUE JURIS PROFESSORI
DON FRANCISCO
SALGADO DE SOMOZA,
JUDICI REGIÆ MONARCHIÆ
IN ULTERIORI SICILIÆ REGNO,
ET VIRO UNDEQUAQUE DOCTISSIMO,
C. S. M. R. N. C. A. S. & IN S. I. S. S.
Grammatophylacii Professor.

S. F. O.



LICET omnes mihi singulari quadam, ac præcipua laude digni videantur (gloriosi nominis Vir inter eruditissimos, quos cœli oculus unquam aspexit) qui in assequenda honestarum artium scientia, operam, & industriam suam locarunt; tum ij præcipuè qui veluti majore quodam numinis afflatu perculli, propè omnibus potthabitis, ad *divinarum humanarumque rerum notitiam, justæ atque injustæ scientiam*, omnes cogitationes suas, atque omnia studia contulerunt. Igitur cum magnis semper extolli præconiis mereatur, qui maximum hoc atque Augustissimum Imperium terra marique à continuis hostium exercitiis classibusque, viribus, armis, ac pecuniis tuentur; Qui vigiliis, laboribus, & scriptis suis præclaris causam Reipublicæ, & jus Regis sui protegent, nihil minus commendari debent, quàm pro patria pugnantes. Quò respiciens eloquentiæ Princeps in *oratione pro Murena*, urbanam militiam appellat hanc curam respondendi, scribendi atque cavendi. *Non enim solum illos pro imperio militare testantur Leo, & Anthemius Imperatores, qui gladiis, clypeis, & thoracibus armati in hostes nituntur, sed eos etiam qui dirimunt ambigua facta conscrum, sui que patrociniis viribus sæpè publicis in rebus ac privatis oppressa sublevant, lapsa erigunt, labantia reparant, omniâque demum jure faciunt finibus suis esse contenta, neque minus humano generi provident, quàm si præliis, atque vulueribus patriam parentesque servarent.* Gratulor ergo lucubrationibus tuis (sacri ac profani Juris Lumen) siquidem ingenii tui secundæ partus ac maturi fructus in lucem procedunt absque indigentia Tutani Tutilinaeque numinum (quæ olim invocare laborantes solebant) non enim opè, auxilio vel aylo illorum eges, cum labores tuos sacraveris obsequio & Majestati Philippi Catholici Regis nostri multis titulis & rationibus Magni, innumeris heroicisque virtutibus Maximi, cujus Regia jura ab ineunte *Salgado de Supplic. & Retent.*



TRACTATUS

DE

SUPPLICATIONE
AD SANCTISSIMUM

A Litteris Apost. &c. Et de earum interim Retentione in
Senatu.

PARS PRIMA.

Continet Iustitiam recursus supplicationis ad Sanctiss. & retentionis in Senatu, nec
non causas legitimas retentionis inducendas, atque formam examinandi illas, sin-
gularesque quaestiones, processum, & praxim tangentes.

CAPUT PRIMUM.

Proteccio vassallorum, nec non Ecclesiae
ejusque status, cultus divini, dogmatum,
& Conciliorum tuitio: an & quo sit ju-
re Regalia Principis temporalis a Corona
indivilibilis.

Et an super Regalia ipsa, vel alia ab Ec-
clesia obtepta Rex inter Ecclesiasticos
cognoscat.

SUMMARIUM.

- 1 Supplicatio ad Papam, qua imbiditur reverentia,
& humilitas, est Regalia Sedis Apostolica.
- 2 Supplicatio ad Papam est actus humilitatis, & re-
verentiae.
Et signum supremae Majestatis, & Potestatis Pa-
pa, ibid.
- Supplicatio supponit altitudinem supremae majestatis,
& plenissimam potestatem, ibid.
- Qui alios supplicam, fatentur se humiles, & ado-
ratis minores, ibid.
- Omnes supplicationis & adorationis modi, quibus
utitur, ut hactenus eo tendunt, ut humiles se fa-
Salgado de Supplic. & Retent.

teantur, ibidem.

Supercedens in litterarum executione ad effectum
rescribendi, dicitur servare Principi, ib.

- 3 Respublica infelix judicatur violentis oppressa pro-
teccore carens.
- 4 Et 14. Omnia, & misera, & felicia indigent pro-
teccore.
- 5 Plures Sacra Scripturae auctoritates congeriuntur
concludentes infelicitatem vi oppressi carentis pro-
teccore.
- 6 Vni patientem acclamantem malus Iudex non
exaudit.
- 7 Deus miseretur ejus, qui liberat miseros ab oppres-
sionibus potentium.
- 8 Deus est proteccor generis humani, ut ex t. artis Sacrae
Scripturae auctoritatibus Late comprobatur.
- 9 Propheta Rex passus Deum proteccorem invo-
cat.
- 10 Deus liberat vi oppressos de manu potentium.
- 11 Deus ab origine creationis de hominis tutela cu-
ravit.
- 12 Deus in veris proteccor praesto adest acclamantibus
vi oppressorum, tacitis & expressis.
Multa Scripturae loca ad idem recensentur, ib.
- 13 Principes Dei exemplo viduas habere debent sub
sua proteccione.
- 14 Divi Jacobi Hispaniarum unici Patroni auctori-
tas recensetur.
- 15 Deus in humani generis proteccione utitur Ange-
lorum ministerio, ut illos regant, dirigant, &
tueant.



T R A C T A T U S
D E
S U P P L I C A T I O N E
A D S A N C T I S S I M U M

A Litteris Apost. &c. Et de earum interim Retentione in
Senatu.

P A R S S E C U N D A.

*Continet Recursum ad Regem ob contraventionem Sacrosancti Concilii Tridentini,
praesertim circa praeservationem primae instantiae Ordinariorum.*

C A P U T I.

Quo jure Rex Catholicus, quibusve rationibus litteras Apostolicas in contraventionem œcumenici Concilii Tridentini importurnè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de utriusque differentia, de qua latius, cap. 26.

S U M M A R I U M.

- 1 Principum Christianorum Regale munus est, evigilare esse in tuitione Reipublicae, praecipue spiritualis, dogmaticae, & Conciliorum.
- 2 Principes suorum Regnorum sicut adstricti ad protectionem, ne violentiam, aut scandalum patiantur in perniciem Reipublicae spiritualis, & temporalis.
- 3 Ad Conciliorum, & Ecclesiae tuitionem saepe invitasse Pontificum Principes Christianos ad sedandos violentos incursum, multis Canonice decretis legimus.
- 4 Bonifacii Papa epistola refertur, missa Imperatori Honorio, ut auxilium Ecclesiae, & Religioni oppressae praeferret.
- 5 Epistola refertur Imperatoris Honorii missa Papa, qua profertur interventu sui pacem custodiri, & seditiones Ecclesiae obvientes sedari.
- 6 Divi Augustini Autoritas refertur, quae licite petitur per Praelatos auxilium à Principe Saigado de Supplic. & Retem.

Christiano contra hostes Ecclesiae ad ejus tuitionem magis, quam vindictam.

- 7 Res religiosa aliter tuta esse nequeunt, nisi & Regia & Sacerdotalis defendat auctoritas.
- 8 Epistola D. Augustini, qua adversus violentias sit ultio à potestatibus per Praelatos postulanda.
- 9 Concilium Agathense refertur, quo dicitur ab omnibus Principibus esse auxilium postulandum pro pauperum molestiis, quibus Ecclesia fatigatur.
- 10 Si Principum praeminentia in Ecclesia ex consuetudine acquisita non servetur, scandalum Ecclesiae patitur vitandum.
- 11 Principum Christianorum praecipuum Regale officium est Ecclesiam, ejusque libertatem, & immunitatem defendere.
- 12 Principes saeculi nonnunquam in Ecclesia evolvuntur, ut disciplinam Ecclesiasticam minuant & seditiones rigore Principum conterantur.
- 13 Principes ad tuitionem Ecclesiae tenentur ex debito Regali officio, etiam non postulatum, cum ipsorum studii, & evigilantiae intersit.
- 14 Imperatores praestantur maximam adhibere sollicitudinem circa Dei dogmata & Sacerdotum honestatem.
- 15 Principis boni est omnia tueri, quae spectant ad sanctionem Ecclesiasticam.
- 16 Principes si proelationem Ecclesiae praebere negligunt, à communionem ejusdem repelluntur.
- 17 Nihil praestantius conservationi Regnorum, quam vigilantia in cultus Divini, & status Ecclesiastici tuitione, qua nititur stabilitatem omnium rerum publicarum.
- 18 Quod Imperator Theodosius in agone mortis filiis suis hoc praecipuum reliquit.